

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Nobilitas o
cum fonte primo

Si possent homines facere sibi sortem
nascendi, nemo esset humilis,
nemo egens unusquisque felicem domum
inuaderet; sed quamdiu non sumus,
natura nos regit et in
quamcumque uult casam nos mittit.

Quemcumque uolueris reuoluere nobilem,
ad humilitatem peruenies.
Quid recensiam singulos cum hanc
urbem tibi possem ostendere? Nudis stetero
colles inter que tamen effusa moenia nihil
est humili casa nobilior.

Seneca de sententiis oratorum.

si possent homines facere sibi sortem
nascendi, nemo esset humilis,
nemo egens: unusquisque felicem domum
inuaderet. sed quando non <pos>sumus,
natura nos regit et <in>
quemcumque uult casam quemque mittit.
tunc sumus aestimandi, cum sumus nostri.
quis fuit Marius, si illum suis inspexerimus
maioribus? in VII his consulati<bus> nihil
habet clarius quam se auctorem. Pompeium
si hereditariae sustulissent imagines, nemo
Magnum dixisset. Seruio regem tulit
Roma, in cuius virtutibus humilitate nominis
nihil est clarius. quid tibi videntur illi ab
aratro, qui paupertate sua beatam fecere rem
publicam?
quemcumque uolueris reuoluere nobilem:
ad humilitatem peruenies.
quid recenseo singulos, cum hanc
urbem possim tibi ostendere? nudi stetero
colles, interque tam effusa moenia nihil
est humili casa nobilior,
<etsi> fastigatis supra tectis auro puro
fulgens praelucet Capitolium.

Lucius Annaeus Seneca (Rhetor),
Controversiae libri decem, 1, 6, 3-4 (L.
Hakanson ed., pp.41-2, ll.14-25, 1-2).